



**Tractatvs De Censvris Romano Pontifici Reservatis**

**Ugolinus, Bartholomaeus**

**Venetijs, 1609**

Vers. Necnon adhærentes, fautores, & defensores eorum, seu in illis auxilium, consilium, vel fauorem quomodolibet præstantes.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61365](#)

Quæ excommunicatio, ut superiores, declaratur. Qui ergo nullum ius in illis locis habet, si quid iuris sibi usurpet, in pœnam hanc incidet. Item, si utile dominium tantum habeat, ut direxum etiam usurpet tantundem, exempli gratia nolens agnoscere proximam Ecclesiam, nec Romanum Pontificem, & ob id Canonem, & id quod debet, non solvit.

Excipitur tamen, ubi de iure id faceret, nam Bulla excommunicat usurpantes de facto, ut in ipsa habetur, ergo secus si de iure. arg. c. nonne. de presumpt. & l. cum prætor. st. de iudi. Quare Principes, qui in predictis locis supremam iurisdictionem legitime concessam habent, in excommunicationem hanc non incident. Sed de hac regula satis, ad aliam ueniamus.

In hanc excommunicationem quoque incident, qui eandem iurisdictionem perturbant.

Quæ excommunicatio, ut superior, declaratur. Quare qui ius dicere, tributaque exigere Ecclesiæ debita conatur, in pœnam hanc incidet.

In excommunicationem eandem incident, qui quasi in possessione existentes eam retinere presumunt, ob uerbum illud Retine re.

Quæ excommunicatio, ut superiores, etiam declaratur. Excipitur tamen ubi de iure ipsam

retinerent.

Hæc eadem sentimus de Vexante, ob uerbum illud uexare. Sed iam tertiam partem aggrediamur.

Vers. Necnon adhærentes, fautores, & defensores eorum, seu in illis auxilium, consilium, vel fauorem quomodolibet praestantes.

### S V M M A.

1 Adhærentes quinam sint.

2 Adhærentes ijs, qui Apostolicam Sedem in predictis offendunt, in excommunicationem incident, quæ excommunicatione, etiam declaratur.

**I**N hac parte excommunicantur adhærentes, fautores, & defensores prædicatorum. Sed quoniam qui sint fautores, & defensores, & qui dicantur auxilium, consilium, vel fauorem præstare, multis in locis diximus, ob eam rem horum explicatione omissa, quoniam adhærentes dicantur, explicemus.

1 Adhærentes igitur sunt ij, qui nulla pactio intercedente, sed mera voluntate alicuius factionem sequuntur, & differunt a confederatis, & sociis, nam hi pactiones ineunt, & societatem, ut habetur

tur

## Pontifici referuatis.

eur libro I. Machabeorum. capit.  
8. Hoc præmisso regulam ponamus.

In excommunicationem hanc  
2. † demum incident adhærentes,  
qui prædicta contra Romanam  
Ecclesiam præsumunt, scilicet præ-  
stando eis auxilium, consilium,  
uel fauorem, ut dicitur in uersicu.  
Qui ergo suadet, incitat, hortatur  
ad prædicta quempiam contra

## Pars Secunda.

411

Ecclesiam. Qui pecuniam, arma,  
milites, equos, comeatus, & alia  
subministrat, in pœnam hanc in-  
cidit. Quæ excommunicatio, ut su-  
periores, declaratur. Excipitur ta-  
men, ubi nihil prædictorum secu-  
tum est ex eorum consilio, auxi-  
lio, vel fauore. Hæc sunt, quæ de  
secunda huius operis parte, Dei  
benignitate, habuimus, iam po-  
stremam aggrediamur.

A. M. M. 1. 2

Ille, qui dilectio mea, non in meo est.  
Non enim ab aliis est, sed in meo.  
In meo, quoniam ego te amo. Tu quoque  
in meo, quoniam tu amas me. Nam si  
tu non amas me, non poteris credere  
in meo. Non enim credo in te, sed tu  
in meo. Tu vero, qui amas me, in meo  
eris. Et si in meo eris, non mories.  
Quoniam ego te amo, et tu in meo  
eris. Tu vero, qui non amas me, non  
eris in meo. Tu vero, qui non eris in  
meo, non mories. Tu vero, qui non  
eris in meo, non eris in meo. Tu vero,  
qui non eris in meo, non mories.

P A R S